



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

74. Iesvs asinam conscendit Apostolorum vestibus instratam.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO LXXIV.

*IESVS asinam conscendit Apostolorum
Vestibus instratam.*

I. **A**Dduxerunt asinam, & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. *Matth. 21. v. 7.* Duxerunt pullum ad IESUM; *Marc. 11. v. 7.* & iactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt IESUM. *Luc. 19. v. 35.* Et sedit super eum. *Marc. 11. v. 7. Ioan. 12. Vers. 14.*

II. Eunte autem illo, *Luc. 19. Vers. 36.* plurima turba straverunt vestimenta sua in via: alij autem cædebant ramos (frondes, *Marc. 11. v. 8.*) de arboribus, & sternebant in via. *Matth. 21. v. 8.* Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes, Hosanna filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini, Hosanna in altissimis. *Matth. 21. v. 9.* Benedictum quod venit regnum patris nostri David: Hosanna in excelsis. *Marc. 11. v. 10.*

III. Turba autem multa, quæ venerat ad diem festum, cum audissent, quia venit Iesus Ierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clama-

ma-

mabant : Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israël. *Joan.* 12. 6. 12. 13.

MEDITATIO LXXV.

*De glorioso ingressu Christi
Hierosolymam.*

I. **C**UM appropinquaret jam ad descensum montis Oliveti, cœperunt omnes turbæ descendantium gaudentes laudare Deum voce magnâ, super omnibus, quas viderant, virtutibus, dicentes: Benedictus, qui venit rex in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in excelsis. *Luc.* 19. *Verf.* 37. & 38.

II. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocavit de monumento, & suscitavit eum à mortuis. Propterea & obviam venit ei turba; quia audierunt eum fecisse hoc signum. *Joan.* 12. 6. 17 & 18.

III. Et cum intrâisset Ierosolymam, commota est universa civitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ. *Matth.* 21. 6. 10. & 11.

MEDITATIO LXXVI.

De invidis sermonibus Phariseorum.

I. **P**harisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Vide-